XII. 1. Proinde et animum siue mens est νοῦς apud graecos, non aliud quid intellegimus quam suggestum animae ingenitum et insitum et natiuitus proprium, quo agit, quo sapit, | habens ex semetipsa secum moueat in **W 798** semetipsa, atque ita moueri uideatur ab illo tamquam substantia alio, ut uolunt qui etiam uniuersitatis motatorem animum decernunt, illum Deum Socratis, illum Valentini unigenitum ex patre ΒΥΘΩΙ et matre ΣΙΓΗΙ. **2.** Quam Anaxagorae turbata sententia est![a] initium enim omnium commentatus animum et uniuersitatis oscillum de illius axe suspendens purumque eum affirmans et simplicem et incommiscibilem, hoc uel maxime titulo segregat ab animae commixtione et tamen eundem alibi animam edicit. **3.** Hoc etiam Aristoteles denotauit,[b] nescio an sua paratior implere quam aliena inanire. Denique et ipse definitionem animi cum differret, interim alterum animi genus pronuntiauit, illum diuinum, quem rursus et inpassibilem subostendens abstulit et ipse eum a consortio animae. Cum animam

XII, De animo *praem. AB* Non separari animam et animum *praem. G* ‖ **1** νοῦς : ΝΟΥΣ *A* ‖ **1–2** non aliud quid intellegimus : quo non aliud intellegimus *A* quo non intellegimus *B* ‖ **2–3** natiuitus *Bmm Bmg‡* : natiuum *B* ‖ **3** sapit : sapit quem secum habens *G* ‖ semetipsa — in : *om. A* ‖ secum moueat : se commoueat *B* se conmoueat *G* ‖ **4** alio : alia *B G* ‖ **5** motatorem *Bmm* : mutatorem *Bmg** ‖ **6** unigenitum : monogenem *B* ‖ ΒΥΘΩΙ : ΒΥΘΩ *A* βύθῳ *G* ‖ ΣΙΓΗΙ : ΣΕΙΓΗΝΕ *A* χειρήνῃ *B* εἰρήνῃ *G* σιγῇ *Vrs.*† *Bmm*† ‖ **7** Quam : quamuis *B* ‖ enim : *om. A* ‖ **9** titulo : titulos *A* ‖ **10** commixtione : commistione *G* ‖ animam *G Bmm* : anima *A* ‖ **12** inanire : damnare *B Bmm*

a. cf. Anaxagorae *Frag.* 1,4. b. cf. Arist. *De an.* 2,19.

Più informazione sul corso: *http://antiqua.pusc.it/CeTeX*